

PRÆNOTIONES
 CONTRA
 INDIFFERENTISTAS
 QUI SUNT EX NATURALI-
 LISTARUM NUMERO
 CUSTODIENDÆ.

PRÆNOTIO I.

CUm primus gradus Naturalistarum pariter & Fanaticorum eos complectatur, penes quos disruptis velut omnibus repagulis, vis errorum immanium plane se exseruit, ut Deum ejusque naturam, regimen & cultum directe adorarentur, secundus ad eos pertinet, qui intra reverentiæ & moderationis cancellos se aliquantum continent, istaque palam impugnare non audentes, veritatem tamen dari negant, aut viam qua inveniri debet, omni conatu abruptam reddunt & impeditam. Hos Indifferentistas, barbara voce, vel etiam Scepticos appellare solemus, utraque dictione latius accepta, quod indifferens illis sit ac parum referre credatur, quicquid statuas, quodque imprudenter de summa divinæ humanæque veritatis dubitent. Ac primo quidem

K 3

adspe-